

aliâ argumentum instruere. Sunt enim qui dicant quod quando deceptio est intra latitudinem iusti preij, non est contra justitiam, sed contra fidelitatem, vt videri potest apud P. Molinam Disput. 351. cuius oppositum teneri pse, sicut & P. Filiucus Tractat. 35. num. 72. Bonacina supr., vers. Respondeo non posse, nu. 6. & alij. Iuxta quam sententiam ait confundendum esse peccantem, sed onus illi reluctanti non imponendum, quia contraria est probabilis. Sed ego adhuc hære non inueniens multos illos doctrinâ, & virtute praestantes ita sentientes, quando unum tantummodo superpresso nomine refert P. Molina: quidquid de hoc sit; sententia, de quâ agimus, probabilis vñsa est viro docto, & erudit: ergo non erit damnandus qui iuxta illam in fauorem poenitentium judicavit. Hanc illis salutis aperiamus viam, nè latam illam, & spatioam, per quam filii perditionis ambulant, amplectuntur. Non tamen sine animaduersione prætereundum, quod citatus Auctor habet in principio dictæ questio[n]is, vbi ita scribit: Proponi potest hæc quæstio tam de emptori imprudenti, quâm de vendenti malitia, cùm scilicet dolo, & fraudu[m] ementem venditor circumueniat; quod facere eum posse intra, vel ultra iusti pretij dimidium Scriptores tradunt. Sic ille; qui statim apponit exemplum, ut si res valet tantum decem aureis, deceptio erit ultra dimidium iusti pretij, si quindecim & medius exigatur, intra dimidium. si duodecim tantum. Hoc ergo fieri posse ex scriptorum sententiâ proponit, ac si id communis eorum sit assensu firmatum; cùm tamen contrarium statim affterat: non ergo ita accipendum vt verba præferrevidentur, sed ita vt sensus sit; quodam esse scriptores sic asserentes; aliâs immerito sic statim adderet: & de vira que hac deceptione queritur, an sit mortalis, & ex ea nascatur restituendi obligatio. Et immerito etiam statim esse illicitum affirmaret. Quod quidem animaduertisse oportet, quia ex uno aliquando boni Auctoris verbo inaduententer posito, solet occasio absurdæ opinionis assumi. Sed iam ad alia.

## C A P V T I X.

De lucro cessante, & quomodo in contractibus Indicis illius sit habenda ratio.

Ratione lucri cessantis posse aliquid ultra sortem accipi sententiam esse practicam.

98 **D**e lucro cessante frequens apud Auctores mentio de contractibus agentes, ex quibus præ aliis fusè, grauiter & accuratè P. Molina Disput. 314. & duabus seqq. & Disput. 355. & ex nouioribus Cardinalis Lugo Disput. 25. à num. 86. solidè & ingeniosè, vt sua sit laus etiam aliis, qui post eum scriperunt ex Societate nostrâ, aut quorum scripta jam anteâ, in lucem tamen potè prodierunt. Iuxta quos, & alios pro certâ statuenda est sententia, affirmans licitum esse carius vendere & aliquid ultra sortem exigere ratione lucri cessantis. Pro certâ quidem: non tantum speculatiu[m] loquendo contraria probabilis non sit, quam tenuerunt multi, quos ex aliis congerit citatus

Cardinalis Lugo num. 87. sed quia affirmativa ita est vñsa recepta, vt de illâ nequeat practicè dubitari, sed quasi alia, quæ omnino sunt certæ circa contractus, amplecti; & ita eam tenent quotquot his temporibus scribunt, & multis retro annis scripta pervulgarunt. Videantur plures apud eundem, num. citat. Vers. Secunda sententia, & P. Bocanu[us] Quæst. 4. de usuris. P. Turrianus 2. 2. Tom. 2. Disput. 6. 1. Dub. 2. P. Palau Disput. 4. de Injustia, Punct. 5. P. Fagundez Lib. 5. de eadem, Cap. 31. P. Dicastillu[us] Lib. 2. Tractat. 10. Disputat. 2. Dub. 4. Malderus Pag. 446.

Quid tandem circa probabilitatem.

Auctorise- in se dila- lucidata.

Fundamen- tum illius in Iure Ca- nonico.

99 Habet autem sententia ista indubitate fundamentum in iure Canonico proper duorum Pontificum decisiones, scilicet Alexandri Tertiij in Cap. In cinitate de usuris. & Gregorij Noni, in Cap. Naviganti, eodem titulo. Prior enim declarat non esse contractum usuriarum, si quis merces, quas vendit, & ultra quinque libras non valent, pro lex vendat, soluendis eo tempore, quo talen sum valorem habitur. Nisi dubium sit res illas plus, minus solutionis tempore valitur. Quæ sunt verba Pontificis. Iuxta quæ si sex accipi possunt pro valentibus quinque tempore celebrati contractus, eò quod plus valituras speratur, manifestum est titulo cessantis lucri id fieri posse; quia si quinque tantum darentur tempore solutionis, venditor lucrum libræ vnius amitteret; & quidem Pontifex ad augmentum illud pretij satis esse ait, si dubium sit plus minus solutionis tempore valituras. Vnde si valde probabilis spes sit, id erit certius: videtur autem difficile, quod ob solum dubium sit tantumdem soluendum, quantum si probabilis, ac certitudini æquivalens esset spes; quia ratio videtur esse diuersa, & ita Doctores communiter tradunt minoris esse æstimandum dubium, quam spem, in quo non videtur esse dubium posse, quando spes verosimile habet fundamentum. Immo etiam tunc, quia omnimoda certitudo non est, aliquid videtur de lucro tetrahendum: quia spes non æqualeat possessioni, & ita in L. Minus 205. de regulis iuris, sic dicitur: Minus est actionem libere, quam rem. Pro quo P. Molina Disput. 316. Vers. Hinc iam patet. Nisi spes, vt dixi, adeo certa sit, vt æqualeat peccitus possessioni; tunc enim communis, & receptissima sententia est tantumdem valere, iuxta ea, quæ habet P. Lessius Lib. 2. cap. 21. Dub. 8. licet opposita sententia sit satis probabis.

Spes quan- ti estimen- da, & quod plus quam dubium.

Sensus ver- borum Pon- tificis in citato Ca- pite decla- ratu[m].

100 Dici ergo potest Pontificem tantum velle excessum illum pretij æstimandum secundum rationem dubij, in quo plus, & minus valoris solet attendi, vnde dictio illa, Plus minus, est ita in usu, vt applicari possit etiam cùm locus non est in ordine ad minus, si tamen sit in ordine ad plus, quia in ipso, quod plus est, potest esse minus, quod tamen non curatur, sed solus excessus, ratione cuius dictio talis usurpatur. Itaque cum Pontifex ait: Nisi dubium sit res illas plus, minus valituras; idem est acsi diceret: Plus valituras. In ipso autem excessu valoris esse plus, & minus potest, licet esse nequeat in necessario excessu sex ad quinque: si ergo dubium esset an merces valituras essent sex libras, aut minus, non possent pro sex libris vendi,

Contractus venditionis quando consummatu[m].

Theauri Indici Tom. I.

## De lucro cessante, &amp; quid pro Indiis speciale.

vendi, quia premium sex librarum esset incertum, & ita minus valerent iuxta dicta. Debet ergo dubium esse circa valorem ultra sex: tunc enim merito sex peti possunt, cùm tamen non sit dubium minus quam quinque valituras; si enim esset, peti non possent, quia tunc lucrum esset incertum, & etiam damnum ex minori valore, vnde vnum alio compensatur. Sic ergo breuius & facilius dici potest, Plus minus valituras. Sic esse accipendum vt sensus sit, plus, minus, quam sex libras, non plus, minus, quam quinque; sic enim decisio rationi consonat, & communis Doctorum sententia non contradicit: licet reuerâ modus loquendi Pontificis aliud videatur indicare.

101 Sed est vñterius difficultas alia non leuis circa eamdem decisionem; an scilicet ita illa curat, vt augmentum pretij dictum habere Mercator possit; etiamsi paratus esset merces statim vendere, & reuerâ vendidisset huic sex libras prominenti, si quinque traderet de presenti, aut alteri cuicunque. An vero intelligenda sit pro eo tantum casu, quo venditor merces erat vñque ad tempus solutioni assignatum seruaturus. In quo affirmat Caietanus 2. 2. quæst. 78. art. 2. ad 7. probans, quia in hoc æqualitas pretij seruat in contractu venditionis, qui tunc consummatur, cùm sit solutio: arqui solutio fit tempore, quo res plus valer, ergo pretium tunc currens est attendum. Nec aduersari existimat decisionem. Cap. Naviganti: in quo sic habetur: Ratione hu[m]i dubij (scilicet circa p. etiū tempore solutionis) excusat, qui panis, granum, vinum, oleum, vel alijs merces vendit, ut amplius, quam nunc valent, in certo termino recipiat pro eisdem: si tamen ea tempore contractus non fuerat vendituras. Ait enim casum esse diversum, & Glossas vñtriusque capit[is] perperam eundem reputare. Sed contra illum præter Glossas est communis sensus Scriptorum, & videri præsertim potest P. Molina Disputat. 355. vers. Dubium est, vñque ad finem: vbi solidas, & vrgentes rationes adducit. Ego illud solùm expendo, quod videtur aperte convincere. Nam si propterea ampliori pretio res vendi potest dilatâ solutione, quia quando solutur tunc consummatur contractus, ergo quoties non solutur, non est consummatus contractus, & ita siue res seruanda sit, siue non, ad tempus est solutionis attendendum. Atqui hoc stare non posse est manifestum ex adducta decisione. Cap. Naviganti: si tamen ea tempore contractus non fuerat vendituras. Ergo si vendituras, tunc consummatur contractus, & ita non est ad solutionis tempus attendendum. Iuxta Caietani ergo sententiam non alium sensum habent Pontificis verba, si tamen ea in tempore contractus non fuerat vendituras; ac si dicetur, etiamsi tempore contractus ea fuerat vendituras. Quæ est omnino opposita propositio, sed quam citatus auctor amplectitur, iuxta quem hæc est vera: Plus accipi potest tempore solutionis, quam res valebat tempore traditionis; etiamsi venditor illam in tempore contractus non fuerat vendituras. Et ipsa Pontificis verba scilicet clarè indicant tunc contractum perfici, quando res traditur, vocat enim illud tempus contractus; si tamen ea in tempore contractus. &c. Cùm tamen nullo modo dici possit tempore solutionis con-

Circa pra- xim Mer- catorum in Indiis diffi- cultas ca- riis credi- to venden- tium.

102 Ex cap. autem Naviganti iam citato idem, quod ex Cap. Initiate probatur quoad lictum pretij augmentum ex lucri cessatione: id est enim plus accipi potest, quam res de praesenti valeat; quia si id tantum acciperetur, quod valeat, tunc venditor lucrum illud amitteret, quod erat tempore solutionis habiturus. Vnde non vrgit ratio, qua pro opposita sententia adducitur; scilicet id, quod non est vendi non posse; & ita neque lucrum, quod cessare dicitur quia illud nondum erat. Si enim hæc ratio vim haberet, sequeretur decisiones Pontificum adductas esse contra iustitiam, quia lucrum illud proper quod, plus accipi potest, non est cùm res venditur. Quod autem spes lucri vendi possit, explorata res est apud scriptores, pro quo videri potest Ioannes de Medina Cod. de Restitutione Quæst. 12. vbi quod non tantum spes, sed etiam res non extantes possint vendi, & P. Amicus Disputat. 20. de Injustia. num. 114. & 119. vi- dendus tot. Sect. 8. Quod autem D. Thomas non aduersetur bene ostendit P. Molina Disput. 315. in fine, vbi congrua adhibet explicationem, sicut & alij.

103 Quia vero in Indiis casus dictus contingere potest, quod scilicet vendens dilatâ solutione plus exigat, frequentius quam alibi, quia Mercatores copiam mercium aliis aliove ve- nientibus vendunt, eò quod merces quamplures emant, & inter alios distrahit certas earum me- morias, quas vocant, aut collectiones: viden- dum quid circa illos debet consuli, aut quid probabiliter procedendo tolerari. Sic ergo ven- dentes, aut creditò penitus, aut partim creditò, partim præsentí pecunia vendunt; carius tamen, lucri cessantis intuitu. Vbi tamen difficile est il- lud, quod merces dictas non effent vendituti cer- to, cùm eas vendunt, si talis venditor non ades- set. Quando ergo vendunt, non cessat certum lucrum, sapienter enim contingit, vt memoria tales diu in apothecis inclusæ teneantur. Accedit non esse certum, neque probabile haberi multoties coniecturam de maiori valore, quem fint tempore solutionis habiture. Iuxta hæc ergo non currit decisio Cap. Initiate, etiam secundum favorabilem sententiam Caietani. Neque deci- sio Cap. Naviganti, quia non constat merces istas asseruandas in tempus, quo plus erant valituras. Quomodo ergo potest modus iste contractatio- nis adeo vñtrata falvari?

104 Ad quæ dico imprimit certum videri, si tales memorie non erant certò seruandas, non posse pretium ita augeri, vt tale sit, quale tempo- re solutionis, sed quia non erat certum etiam ven- dendas alteri esse, contingens tamen; si ex eo alicuius lucri iactura redditur dubia, iuxta dubium debet augmentum pretij moderari; spei enim habenda ratio est, vt num. 100. diximus, pro quo & videns P. Molina ibidem adductus. Et Cardinalis Lugo. num. 95. vbi & P. Salas addu- cit, iuxta quos spes non certa est pretio æ- stimabilis. Iuxta quæ etiam locum habere potest

Illiis re-

solutio[n]is.

Spes non certa etiā stimabilis.

Ce 3 decisio.

decisio. Cap. In iuitate. vbi de dubio valoris; si ita contrahitur, & Caietani sententia, quæ probabilitate penitus non caret, potest sustineri: si autem lucri lactura nulla sit, quia nec spes amplioris pretij in posterum futuri, ex eo titulo iustificari venditio nequit, vnde, aut quarendus alius, aut si desit, non admittendus contractus; & ordinariè esse solet periculum solutionis, qui sufficiens est, ut alias diximus, & inferius dicemus. Cap. 10. Etsi non sint defuturi, qui Caramuelis amplectantur doctrinam, dicentes num. 755. pecuniam numeratam plus valere quam numerandam, & ita Mercatores viliori pretio vendere parata pecunia posse, quam paranda. De quo alias.

## Circa lucrum cessans in mutuo difficultas.

In mutuo locum habere respondeat lucrum cessans.

105 IN capitibus citatis non sunt de mutuo locuti Pontifices, in ordine ad lucrum cessans, sed de venditione; vnde dubitari potest an licet in illo aliquid accipere ratione cessantis lucris, & sunt qui negent; iij videlicet, qui absolute negant in contractu quolibet, in quo differtur solutio, & in speciali illi, quos adducit P. Molina Disput. 315. vers. Innocentius, qui tamen cum multis aliis contrarium tenet, pro quo etiam videri potest Cardinalis Lugo Disput. 25. n. 87. P. Bauni lib. 2. de Contractibus Tract. 6. 9. 84. apud quem alii, P. Gaspar Hurtadus, Disput. 3. de Contractibus difficult. 9. Cap. 10. Caramuel n. 750. quam plures congerens. Et multo plures. P. Oñate Disputat. 107. num. 37. qui circa conditio-nes pro eo necessarias solidè & diligenter excusat. Liceat Autorem laudasse domesticum; li-let laus eius confu matissime in opere satis elue-scat. Pro quo est etiam praxis recepsissima, & ratio clara: quia mutuum esse tantum exigit, vt ratione illius nihil exigatur; atqui hoc seruat in casu, de quo loquimur, quia pro mutuo absolute nihil exigitur; ergo nihil sit contra illius rationem; cessatio autem lucri onus spe-ciate est, quod mutuum ex se non dicit, neque mutuans tenet illud gratis subire, quia est pre-tio estimabile, & nulla lex obligat, nisi in casu necessitatibus non communis, ad illud; immo si onus tale mutuantem premeret, id enim est contra rationem, mutui vniuersaliter acceptam. Mu-tuum enim per Dei prouidentiam, & humana natura reciprocum affectionem inductum est inter homines, vt unus, alium in necessitatibus communibus amicabiliter adiuuaret; vnde lex ista nullum debuit grauamen adiicere, quo homines à beneficio retardarentur. Vnde sciens alium mutuo indigere, non tenetur ad exportandam pecuniam, aut rem aliam in eius domum, sed fat est perenti dare, quia onus illud exportationis, praerictum suis expensis facienda, difficillimam redderet subventionem. Ergo similiter, non est obligatio subeundi iacturam lucri, quia si ita es-set, valde molesta, & ita etiam difficultis mutuatio redderetur. Vix enim homines adduci possunt ad mutandum, etiam ea sublata obligatione, iuxta praxim communissimam opinionis: quid ergo esset si tale sibi onus subeundum persuaderent?

Ratio pro eo aperta.

106 Hoc ergo fundamento praescripto, & communibus circa illud ac favorabilibus lente-niis suppositis, pro quibus citari consulendi, ut circa Indias aliquid specialibus dicam, video in foro visitissimum contractum huiusmodi, qui dicitur Dar à dano, dare ad damnum. Vbi licet damnum dicatur, non est equidem damnum emergens, de quo postea, sed mutuum cum praemio ob lucrum cessans, quia in eo proportio haberet ad lucrum, quod quis esset per negotiationem habiturus: quod communiter, ut supra dixi, septem aut octo non excedit. Sed illud difficile; quod sic dantes negotiationi non va-cant, nisi illi, quæ in huiusmodi mutationibus exercetur, quia videlicet si iti mutuum sine praemio lucri cessantis datur, amitteret lucrum, quod ex mutuo alteri dato eset sic tribuens habiturus. Per hoc autem non iustificari contractum istum, ex eo conflat; quia in tantum admittitur praemium ob lucrum cessans, in quantum per negotiacionem posset tale lacrum haberis: atqui mutuum dare non est negotiari, sicut nec beneficium conferre: ergo ratione unius mutui non dati alteri, nequit in mutuo alio lucri cessantis praemium reportari. Qui discursus est iuxta communem doctrinam, admittendum pro lucro cessa-nante posse praemium accipi. Præterea, sumptu mutatione respectu huic, & illius, atque omnium, quibus fieri potest, sine respectu ad aliquam aliam negotiacionem, ex ea quia lucrum recipit. Ergo absolute mutuum est causa lucris, quod tamen nullam ratione potest admitti. Item. Hæc præstatio mutui dicitur licita accepto praemio lucri, quia per aliam præstationem lucri praemium haber poterat. Tunc ultra. Illa alia præstatio eset licita, quia amitteretur lucrum respectu huic; ergo absolute loquendo per hanc potest lucri praemium accipi, sine respectu ad aliam. Patet illatio. Nam propterea in mutuo potest praemium lucri cessantis sumi, quia cessat quod per negotiacionem haber poterat, vnde negotiatio sine respectu ad negotiacionem aliam ex se lucri praemium habere potest: sic se habet mutuatio ita respectu alterius; ergo erit per se lucrativa. Tandem: tota collectio mutationum, quæ ab hoc fieri possunt, nullum extra selucrum respicit, & omnes sunt eiusdem ratio-nis, ergo sicut collectio nullum respicit lucrum, ita neque mutationes in particulari, quia non habent aliam rationem particulariter sumptu ac in communi: vnde hoc videtur penitus indubiatum.

107 Peccant ergo grauiter, & cum restitu-tionis onere, qui ex hoc tantum titulo lucrantur in mutuo; quia usurarii contractus est; pro quo videri potest P. Lessius in Resolutionibus posthumis verb. Mutuus Casu. 1. sed quia multi in hoc genere contractionis sunt, in quo sine conscientia remorsu procedunt, & multi eos securos reddunt; esetque valde peri ulosum velle hunc lucri conquirendi modum abrogare; quærendum an ille alium depositi sustineri & vide-tur quidem ex eo quod non est penitus alienus à propria negotiacione. Qui enim pecunias ha-bet, licet Mercator non sit, desiderat eas sibi esse proficias capitali integro; alias breui ad periculum indigentia reducendas. Sic ergo desiderans,

& in

*Differentias  
pro Indijs  
respectu  
eorum, qui  
non habent  
pecunias  
expofitas  
negotiationis.  
Et tam  
non esse  
data  
nem ad  
damnum.*

## De lucro cessante in mutuo.

& in eo genere non expertus, videri Mercatoribus pecunias à Mercatoribus alii dari cum praemio aliquo, & ipse etiam offert nihil cupiens iniustum; sed faciliori eum lucrandi modum existimans. Quod si non inueniret sic volentem accipere ad damnum, vt dicitur, alium modum lucrandi quereret, licet nullum in speciali apud se excoegeretur; dum necessitas non occurrit. In hoc ergo non videtur conscientia intervenire grauamen; & probari potest ex eo quod tamquam probable admittit P. Lessius Lib. 2. Cap. 20. num. 95. iunctis precedentibus probationibus, ex explicationibus à num. 90. & absolvè approbat Cardinalis Lugo num. 94. quod scilicet si pecuniam quis destinaverit negotiacioni, non ab-solutè, sed dumtaxat sub conditione, vt si dicat Vellum negotiari, nisi multi mutuum peterent; possit tunc praemium lucri cessantis peti, quia reuerà lucrum cessat ex negotiacione, quæ mutuariis deficientibus quereretur. Id quod tenere etiam viros alios doctissimos affirmat P. Lessius. Et reuerà tenet P. Amicus supra. num. 121. & Malderus. 1. 2. pag. cit. Diclo. 5. Potest ergo idem ob eamdem rationem in casu nostro dici.

108 Neque obstare potest sic mutuantes ordinariè querere mutuarios, & ita in eorum gratiam à negotiacione non abstineri, sed proprii commodi respectu. Id enim efficere poterit vt praemium lucri sit minus, non autem vt non debeat esse proportionatum. Et ita tenet P. Lessius P. Fillius, & Bartholomæus à S. Fausto: quos adducit & sequitur P. Gaspar Hurtadus Difficultate 9. Citata, pro quo & P. Lessius num. 101. adducit Sotum, & Nauarium, genera-liter afferentes non obstat mutuariam esse ro-gatum vt possit de praemio lucri pacisci, qui mu-tuum tradit, vbi addo non obstat aliquid inu-luntarij admisceri, vt cum Auditores Regij, & potentes alij pecunias sic tradunt, quandoquidem illæ vero proficuae sunt accipientibus. Secus eset si aliqui anni esent ad negotiaciones steriles, & vellent tales mutuantes idem lucri praemium habere; tunc enim iniustissimum id eset, quandoquidem per negotiacionem nihil illis commodi accresceret, si negotiacionem vellent exerce-re.

109 Potest etiam aliter mutuatio eorum qui negotiacioni alias non vacant, excusari. Per contractum scilicet societatis, cui addatur alius asse-cutionis Capitalis, & alius asse-cutionis deter-minati luci, vel per venditionem incerti pro certo, vel per asse-cutionem ab eo, qui pecuniam accipit præstitam. Hoc esse licitum, licet quidam negent, ex quibus Hevia in labyrintho, Cap. 1. lib. 2. num. 11. cum Nauarro & Antonio Go-mes, pro quo & Pragmaticam quandam adducit; tenent tamen multi, quos adducunt, & sequuntur Diana Part. 1. Tract. 8. Resolut. 30. Bo-nacina Disput. 3. de Contractibus Quæst. 3. Puncto 11. Cardinalis Lugo Disput. 30. num. 40. & seqq. P. Gaspar Hurtadus Disput. 3. de Contractibus Difficult. 17. P. Lessius in Resolut. citatis V. Mu-tuum. num. 3. & 5. vbi formam altam adducit. P. Dicastillus. Lib. 2. Tract. 10. Disput. 2. Dib. 21. P. Oñate Disputat. 107. Sez. 12. & Pharaonius pag. 494. quorum ratio est: quia tres dicti contractus si cum tertio aliquo celebrantur, licet

*Contractus  
Societas  
quomodo  
contraria  
sit affec-tatio capi-talia.*

sunt; ergo & cum eodem, quoniam non est unde id repugnet, cum in iis iustitia seruet aqua-litas. Si dicatur obstarre naturam ipsam contra-ctus societatis, iuxta quam socius non debet se-curitatem Capitalis habere, periculo in socium alterum reiecto, quod & Sextus quintus speciali constitutione prohibuit, quæ incipit, Detrabilis.

Id certè non virget: quia licet de ratione societas id sit; quatenus specialis contractus est, non repugnat vt ratione alterius contractus securitas habeatur, qui quidem minimè onerosus socio sit, vt non est in casu nostro; quandoquidem qui capitale assecurat, id non facit gratis, sed iusto pretio accepto. Ex quo colligitur Bullam Sixti Quinti hoc non prohibere; cuius mens est grauamen iniustum ex societate proueniens amoliri. Cumque tale non inueniatur in casu nostro, & sciret doctus Pontifex graties auctores huiusmodi contractum approbare, incredibile pro-sus est voluisse illum euudem prohibere. Vnde id fibi tantum voluit, vt assecratio sine iusto praemio non eset, sed ex vi tantum contractus socialis ad-detur. Non est ergo in contractu dicto pro-prium mutuum, sed apprens.

*Circa  
quantita-tum praem-  
dicitra  
multiplex.  
Et quid  
pro Indijs.*

110 Quantum autem post contractus istos,

ex quibus Mercator multipliciter obligatur, præ-

dictum debet pecunias tribuenti remanere, non

poteat certò definiri. Et communiter quidem

se prem, aut octo tribuuntur, aliquando minùs.

Sed certè ultra octo non videtur tribuendum, quando præstatum, & qui tribuunt negotiacioni certa non incumbunt, & qui accipiunt non sunt item Mercatores: Quo eventu aliter sentit P. Di-castillus, & tantum videtur habere locum contractus mutui, non autem Societatis: & Cardinalis Lugo septem pro centum in exemplum ad-dicit. Bonacina quinque, alij sex, Pater Lessius sicut & Pater Dicastillus octo; & non videri decem prohibendos. Sic numer. 5. Caramuel numer. 755. duodecim; quod tamen in Indiis tunc tantum accidere potest, quando lu-crum magnum occurrit, vt in Portubello acci-dere solet nundinarum tempore; vbi multo ma-jor solet esse excessus; sed examinandum profet-æ quæ legitimus: quidam namque sic pecu-niam tribuunt, quia Mercatores sunt, sed maius lucrum sibi accrescere deprehendunt ex datione ad damnum, quam ex Mercaturâ, & ita mutuare plus placet, vnde molesta, & ingentes pecuniae copias ed deferunt, lucraturi multum, vel emendo com-modè, vel ad damnum tribuendo. In quo qui-dem usurarium vitium admiscetur. Cum enim praemium lucri in mutuo debeat respondere lu-cro ipsi habendo alias per negotiacionem: si hoc minus erat futurum, quoniam praemium maius est, quod sine usurâ labore nequit? Talis ergo lucrandi peccatis penitus expungenda, quæ ad virginem aliquando lucrum extendit, vnde multa Mercatorum fallacia passim, cum multorum facturâ, conspiuntur. Sint ergo circa hoc Con-fessarij perwigiles, neque lucrorum istorum iudi-cium poenitentibus resquiant, quos execrare, & præcipites agere in foveam perditionis auantia solet.

Quid usu-  
rarium, &  
ita non fe-  
rendum.